

que discernendum : Voluntas verò ad utrum-
vis eligendum.

24. Neque enim de totius anime humane con-
ditione hic queritur : sed de voluntate potissi-
mum hominis , quid & quantum illa extra sta-
tum Regenerationis , in genere rerum merè spi-
ritualium valeat , internos & Pontificios , ut &
Synergistas , controversitur.

25. Rectissimè igitur in hac disputatione ad
soliis voluntatis Subiectum Liberi Arbitrij vox
referri & potest & debet.

26. Interim tamen similem utrobique esse ra-
tionem, & ex utraque de alterâ fieri posse judi-
cium minimè negamus.

27. Decisio autem totius huius controversiæ
geminâ distinctione commodissimè expediri po-
test : quatum prior, diversas actionum huma-
narum species: posterior verò distinctos hominum
status considerat. De utraque seorsim agemus.

I. Distinctio : Actionum hu-
manarum distinctas species
considerans.

28. Actionum ergo , sive operum humanorum,
circa quæ expetenda voluntas umana versatur,
species aliæ sunt mundanæ, aliæ spirituales
sive Ecclesiasticæ.

Mundanæ.